Walenburchii fratres

FOrbeſii huius, ut doctiſſimi & pacifici theologi, verba ſaepius allegant in ſuis operibus, ut Tomo II. pag. 520. 542. 549. 608.

Praefatio primae editionis.

P*Rodit tandem opus, quod a morte auctoris, totos viginti, & quod excurrit, annos latuit. Fuit auctor, quod omnes norunt, qui ipſum norant, doctrina & pietate inſignis, ac Carolo I. Britanniarum Regi tam carus, ut illum, nullo commendante, ſed proprio, ut loquuntur, motu ſeligeret, qui primus fungeretur* epiſcopatu edenburgenſi; *quem ipſe, ut perenne apud Scotos pietatis ſuae monumentum extaret, erexit, & honore omnibus aliis illius eccleſiae epiſcopatibus praeire voluit. Functus eſt* presbyteratus *munere in eccleſia ſcoticana viginti quatuor, praeter propter, annos, idque variis in locis, aliquamdiu Edenburgi, Scotiae urbe primaria, ſed diutius multo Aberdoniae*

doniae